

CLASSIS QUARTA.

SUPPURANTIA.

SUPPURANTIA, seu pus moventia, etiam maturantia, & concoquentia aliis dicta, illa habentur auxilia, quæ suppurationem, vel arcentia, vel retardantia impedimenta removent, eaque, quibus puris generatio perficiatur, requisita ponunt. Evidem aliter hæc definiri non possunt, quod ipsa natura concoquat, & puris generatio a sanitate superflite dependeat, BOERHAAVE, *Illustr. L. B. van SWIETEN.* Cum igitur suppuratione naturæ, non medicamenti, effectus sit, totum quod arte fieri potest, est, ut tollantur illa impedimenta, quæ boni puris, vel in vulnere, vel in abscessu, generationem prohibent, reliqua natura sibi semper sufficiens perficit. IDEM.

Indicantur ubi omni resolutionis spe excisa, tumor, calor, dolor, rubedo, & reliqua symptomata in parte inflammatæ augmentur, non quidem summa cum velocitate, sed continuo tamen incremento, IDEM. In hoc vero naturæ medicæ negotio, scrupulosiori attentione opus, ut ea, quæ superadditi debent auxilia, rite intelligentur. Est enim ubi iuvari non postulat: est ubi refrænari, est etiam ubi incitari velit, tum ubi quandoque binas postremas indicationes repletas desideret; unde quatuor suppurantium Classes.

I. Quidem ubi natura sibi sufficit & pars solum ab aere externo arcenda, fovenda mollibus, humidis,

II. Ubi

II. Ubi relaxanda est eadem.

III. Ubi stimulanda.

IV. Demum ubi, & emolliri, & stimulari simul pars debet.

I. HUMIDA. MACERANTIA.

Dum artis auxilio, nec fræno, nec calcare indigens natura, carere potest, sed inimicus solum arcendus aer est, calor, & humiditas in parte suppuranda conservanda sunt, quæ omnia ex moderamine symptomatum intelliguntur, tum demum hæc indicantur. Forina remediorum, fomenti, cataplasmatiſ.

EX REGNO VEGETABILI.

Acetosa,

Armeniaca mala cocta.

Avena cum aqua cocta, farina,

Beta.

Brassica.

Cerasa.

Chondrilla.

Cichorium.

Dens leonis,

Endivia.

Fraga.

Hor-

Hordeum.

Lactuca.

Mercurialis.

Mora.

Parietaria.

Pomorum *pulpa*.

Raparum, *assatarum*, *cotitarum* *pulpa*.

Secale *farina*, *panis*.

Spinachia.

Triticum.

Uvæ.

E X A L I I S.

Aquæ calidæ vapor.

Cera.

Pix.

Stercora animalium *blanda*, *humida*.

II. R E L A X A N T I A.

Quando tensæ in parte inflammata carnes, membra-
næ emolliendæ, humorum minuendus impetus,
impacti acris rodens vis corrigenda, vel demum gan-
grænæ metus adeſt, indicantur, maxime autem in an-
thrace, furunculis, QUESNAY. In contusionibus nul-
la solutione continui facta, præſente magna inflamma-
tione, dolore, urgentibus pervigiliis, & imminentे
partis suffocatione, GRASHUIS. His tamen ſæpe re-

Crantz M. M. T. III.

L

fol.

solventia misceri debent, IDEM in questione ab inclyta Academia Regia Chirurgica proposita pro præmio 1746. determiner ce que c'est que les remèdes suppurratifs &c. A specie tamen relaxantium oleosa, & oleis omnibus in vigore inflammationis pertinacis absconditum, ne pars nigrescat citius, QUESNAY. Tum & hæc in parte corporis elastica scrupulosius vitanda, ut in tendine, MUNNICKS, in nervo, IDEM, nec inflammato ossi superponenda, quia corruptitur, HILDANUS, HEISTER. Sed huic irritantia convenient, ut euphorbium, ESCHENBACH, eadem in questione ab inclyta academia regia chirurgica proposita Determiner ce que c'est que les remèdes suppurratifs &c. Forma horum, vaporis, fomenti, cataplasmatis, unguenti, emplastri.

EX REGNO AQUEO.

Aqua calidæ vapor.

Vapor decocti emollientis.

EX REGNO VEGETABILI.

Althæa. *Folia, Radix, Mucilago, farina.*

Alcea. *Folia, Radix, flores.*

Arabici *Gummi, Mucilago.*

Branca Ursina.

Caricæ pingues.

Ficus.

Lili albi *Radix.*

Lini. *femen, farina, oleum.*

Malva.

Paf.

Passulæ Maiores.

Minores.

Semina mucilaginosa -

Cydoniorum.

Lini.

Psyllii.

Symphyti radix.

Verbascum.

E X R E G N O A N I M A L I.

Animalium stercore mollia.

Hominis,

Vaccarum.

Animalium pinguedines.

Anatis.

Caponis.

Porci &c.

Pinguia alia.

Butyrum.

Ceti sperma.

Lactis tremor.

Medullæ.

Vitellus ovorum.

Pus ipsum maxime suppuratorium, MONRO *Society in Edimburg.* Vol. V. P. I. & in carie ossium secca gangrenosa utile balsamum, IDEM, unde etiam partium glandulosarum suppuratio exspectanda, & cruda nunquam incidenda glandula est, ut aliqui inflammati mammis faciunt.

L 2

O F.

OFFICINALIA COMPOSITA.

Gummata

Ammoniacum	}	oleo
Bdellium		soluta.
Galbanum &c.		

Olea varia Preffa

Amygdalarum dulcium.

Lini.

Olivarum.

Raparum.

Cocta, emollientia, quæ cæterum à
Chirurgis laudantur, inutilia sunt.

Oleum ceræ.

Unguenta

Altheæ.

Basilicon.

Populeum.

Cataplasmata, de mica panis cum lacte.

Herbar. acescent. sub ciu. affat.

Emollientium.

Emplastra

Diachylon simplex.

De Gummatis.

Mucilaginibus.

Malacticum.

De spermate ceti.

III. STI-

III. STIMULANTIA.

Indicantur *I.* ubi inflammatione non resolvenda natura exstimulanda, ut incitato parum motu felicius succedat suppuration, præcaveatur scirrhous *L. B. van SWIETEN*, ubi in parte suppuranda tensio nulla adest, sed potius indolentia, *ESCHENBACH in quaestione de suppurantibus pro praemio ab Insula Academia Regia Chirurgica proposita.*

II. In inflammatione cœdematosa.

III. In inflammatione in gangrenam tendente, ex causa maligna principium vitate debilitante, QUESNAVY. l. c.

IV. In inflammatione in gangrenam terminata, ESCHENBACH Q. c.

V. In glandulosis obstructionibus, non resolubilibus, nec tamen scirrhosis, GRASHUIS. Q. c.

In hac ampla remediorum messe magna delectus esse cura debet, exigua tamen illi, qui naturam inflammationis, intensitatem eius, & aliorum morborum conditionem exactius introspexerit. Sic rubefacientia, & corrosiva huius speciei, partibus gangrenosis iam tutius, quam adhuc inflammatis admoventur, ut & tumoribus fuscatis, excrescentiis carnosis, fistulosis, ulceribus suppurandis.

Forma varia cataplasmatis, unguenti, pulveris.

EX V E G E T A B I L I B U S.

Abrotanum. *Herb.* }
 Absynthium. *Herb.* }

Summit.

Alliaria.

Allii bulbus. *affatus, coctus.*

Aristolochiae radix.

Cepa, *cocta, affata.*

Cicuta, magis resolvens, minus calida.

Cortex medianus

Ebuli,

Sambuci.

Crocus.

Juniperi *baccæ.*

Ruta.

Seminum IV. Calidorum Maiorum } farina.

Minorum } cocta.

Sinapi *farina.*

EX ARTEFACTIS.

Camphora.

Farinæ melle subactæ.

Olea stillatitia.

Salia

Ammoniacus.

Borax.

Terebinthina.

OFFICINALIA COMPOSITA.

Oleum. Euphorbii.

Myrrhæ per deliquium.

Un-

Unguenta

Basilicum.
Maturativum.

Emplastra

Diabotanum.
Diachylum cum gummatibus.
De galbano crocatum.
Vesicatorium.

FORTISSIMA RUBEFACIENTIA.

Alumen uslum.

Ari Radix.

Bryoniæ Radix.

Cantharides.

Euphorbium.

Fermenta animata.

Olea Empyreumatica

Cornu cervi &c.

Oleum Philosophorum.

Tartari per deliquium.

Spiritus acidi concentrati.

Sulphuris.

Vitrioli &c.

Spiritus fali ammoniaci.

Butyrum antimonii.

Lapis infernalis.

Lapis causticus.

Mercurius sublimatus.

Dissolvens.

Disceptator cum summissione.

Divinum.

IV. EMOL.

L 4

IV. EMOLlient. IRRITANTIA.

Indicantur potissimum in inflammatione partium glandularum, siquidem haec in his in scirrum ex facilis transit, L. B. VAN SWIETEN, QUESNAY.

Forma unguenti. Emplastri. Cataplasmatis.

EX VEGETABILIBUS LENIORA.**Gummi**

Ammoniacum	Soluta aceto magis, vitello ovi minus stimulantia.
Bdelium.	
Galbanum	
Opopanax	
Sagapenum &c.	

EX ALIIS ACRIORA.

- Cafeus putridus.
- Fel taurinum.
- Fermenta.
- Olea Rancida.
- Sapo niger.
- Theriaca.

COMPOSITA OFFICINALIA.**Emplastrum**

- Diabotanum.
- Diachylon cum gummatis.
- Divinum.
- Ireatum.

Tum

Tum medicamenta Nro. II. & III. varia combi-
ta forma, huc faciunt omnia.

Et hactenus quidem de omni suppurantium medi-
camentorum specie actum est; est tamen adhuc de
his in genere tenendum, suppurantia a digestivis non
adeo distincta esse, suppurantia maturando abcessui
dicari, digestiva abcessui rupto, ulceri maturando im-
pendi, utrinque, ut pus bouum laudabile fiat, impo-
ni. Quoniam tamen etiam digestiva alio capite chirur-
gis recensentur, ea hic subnectere lubet.

I. DIGESTIVA EMOLlientIA.

S I M P L I C I A.

Propolis.

Adipes *liquatae*.

C O M P O S I T A:

Unguentum.

Altheæ.

Basilicum.



MOS

L 5

II. BAL.

II. BALSAM. STIMULANTIA.

S I M P L I C I A.

Balsama,

Copayvæ.

Peruvianum.

Opobalsamum.

Terebinthina.

C O M P O S I T A.

Balsamum Arcæi.

Tinctura Aloes.

Myrræ.



COM-

III. ADSTRINGENTIA.

S I M P L I C I A.

In Mat. Med. T. II. dicta.

C O M P O S I T A.

Mel Rosatum.

Aqua Calcis, potius siccans.

IV. ESCHAROTICA.

Vide rubefacientia fortiora sub tertia suppurantium specie. Ceterum hæc partibus nervosis applicari non debent; quæ enim has mordent; non raro convulsiones cire solent.

X. D E T E R G D I G E S T I A.



CLAS-